

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epitome dialectica Joh. Conradi Dannhaweri**

**Dannhauer, Johann Conrad**

**Argentorati, 1663**

Cap. X. De Consequentiâ argumentativâ perfectâ [Cap. XI]

**urn:nbn:de:bsz:31-102378**

7. non sequitur Augustinus est Philosophus & Theologus. E. est Philosophicus Theologus.

8. non sequitur, suspensus in patibulo incipit esse niger. E. incipit esse. Immo tunc desinit esse. Monet Thomas p. 5. q. 16. art. 9. non sequi,  $\lambda\theta\epsilon$  incepit esse homo. E. incepit esse.

9. non sequitur, bona opera non sunt necessaria ad salutem. E. non sunt necessaria.

10. non sequitur, Video corvum & video album. E. video corvum album. Hoc verò sequitur, Ego sum videns corvum & sum videns album. E. quidam qui est videns corvum est etiam videns album.

CAP. X.

De consequentiâ argumentativâ perfectâ, SYLLOGISMO in genere.

Quotuplex est omnis argumentatio?

Duplex, perfecta, ut syllogismus: & imperfecta, ut Enthymema, inductio, & exemplum.

Quid est syllogismus?

$\Sigma\lambda\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\mu\acute{o}\varsigma$  ἐστὶ λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων πᾶν ἑτερόν τι ἢ κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, τὸ ταῦτα εἶναι.  $\alpha$  Syllogismus est  $\beta$  oratio in quâ  $\gamma$  positis quibusdam  $\delta$  aliud quid à positis ex  $\epsilon$  necessitate infertur,  $\zeta$  eò quod hæc sunt.

$\alpha$ . Syllogismus propriè est ratiocinatio eine Rechnung. Vix enim ovum ovo similis quàm argumentatio syllogistica computationi logistica. c. g.

O.  $\alpha$ . est  $\gamma$ . 4 2 3

O.  $\beta$ . est  $\alpha\epsilon$ , Ergò 6 7 1

O.  $\beta$ . est  $\gamma$ . 1094

$\beta$ . Tàm ὅσον quàm ἕξω. illud tamen potius.

$\gamma$ . Positis quibusdam. sic differt à formis argumentandi imperfectis, in quibus una tantum ponitur præmissa.

H 3

δ aliud.

δ. aliud. Sic distinguitur à consequentiā non argumentativā, in quā vel eodem situ termini in consequenti reperiuntur, vel non sunt plures termini in antecedenti quā consequenti.

ε. Ex necessitate non consequentis, sed consequentiā, ideo additur, eod quod hæc sunt, e. g. In hoc syllogismo.

*Omnis homo est adulter.*

*Quidam formosus est homo. E.*

*Quidam formosus est adulter.*

Conclusio, quā propositio seorsim spectata extra syllogismum, non habet necessitatem consequentis, sed contingens est. At si præmissas conjungas necessaria est per denominationem extrinsecam. Si enim omnis homo est adulter, & quidam formosus homo est, fieri non potest, quin aliquis formosus sit adulter.

*Qua est a norma prima argumentationis syllogistica?*

Dictum de omni, & dictum de nullo, illud in syllogismis affirmativis, hoc in negativis. β dictum de omni est, quando nihil licet sumere sub subiecto, de quo prædicatum non dicatur. γ dictum de nullo est, quando nihil sumi potest sub subiecto, de quo prædicatum non negetur.

α. Plurimis regulis forma syllogistica astringitur: sed una prima est ac independens, & per se nota, & naturali argumentandi modo consentanea, quam violare in argumentando simpliciter nefas est. Aliæ regulæ de quibus paulo post, secundariæ sunt & dependentes, eatenus tantum obligantes, quatenus fluunt ex dicto de omni & nullo. Sicut nulla Resp. discedere potest à primis illis juris principiis, honestè vivere &c. vel iis adversam sancire legem: potest tamen negligere leges alibi positas, quarum neglectus stare potest cum illis primis principiis. Ita logicus d'ficere non potest ab his primis ac summis omnis syllogisticæ argumentationis fundamentis; neque tamen, quas postea trademus regulas ita superstitionè tenebit, ut nunquam ab iis discedat,

dat.

Hi

Pri  
secun  
maxim  
pliciter  
antece  
etiam  
sit leo  
retent  
ponatu  
enim a  
paret.

Posteri  
cum p  
plicite  
men o  
forma  
nam a

β.  
est equ  
subsum  
adeoq  
lum h

dat. Exempli gratia: Ex minore negante hic nothus est.

Ca *Omnis leo est animal.*

de *Nullus flos est leo. E.*

re *Nullus flos est est animal.*

Hic legitimus:

Fap *Omnis leo est animal.*

esm *N. latrans est leo. E.*

o *Quoddam animal est latrans.*

Prior est in materiâ verissimus, pugnat non solum cum secundariâ illâ argumentandi normâ in primâ figura, sed vel maximè cum primis principiis, omnis 1. *consequentie simpliciter*, quia contradictorium consequentis potest stare cum antecedenti; non sequitur si res aliqua non est leo, quod etiam non sit animal. Immo posito quod res aliqua non sit leo, tamen animal esse potest. 2. *formalis* quia simili retentâ formâ in infinitis aliis materiis ex vero falsum elicit, ponatur enim pro flore canis. 3. *dicti de nullo*, reducatur enim ad celarent, in quo dictum de nullo evidentissimè apparet, hic prodibit.

*N. leo est animal.*

*Omnis flos est leo. E.*

*N. flos est animal.*

Posterior pugnat quidem cum regulâ secundaria, non item cum primis illis, habet enim 1. bonam consequentiam simpliciter, cum fieri non possit, ut nullus latrans sit leo, & tamen omne animal sit latrans. 2. formalem, quia similis forma nunquam ex vero falsum elicit. 3. dictum de nullo, nam ad FERIO si reduxeris optimè concludit

*Nullus leo est latrans.*

*Quoddam animal est leo. E.*

*Quoddam animal non est latrans.*

β. Exempli gratia. Omnis equus hinnit. Bucephalus est equus. E. hinnit. nihil possis sub subiecto (equus) subsumere, de quo prædicatum (hinnit) dici non possit, adeoque si equus hinnit & Bucephalus equus est, Bucephalum hinnire oportet.

e. g. æternum esse nulli creaturæ competit. E. nec angelis, qui sub creaturâ continentur.

*Quæ sunt syllogismi partes materiales?*

Syllogismi partes materiales proximæ, sunt tres propositiones, quarum prima  $\beta$  major appellatur, quia habet majorem terminum: altera  $\gamma$  minor quia minorem terminum complectitur: tertia  $\delta$  conclusio: partes remotæ sunt  $\epsilon$  termini quorum unus maior est, qui quæstionis seu conclusionis est prædicatum: alter minor, qui ejusdem quæstionis seu conclusionis est subjectum: tertius medius, qui conclusionem nunquam ingreditur.

a. Dæ priores major scil. & minor dicuntur *æσθησις* à *æσθησις* quod velut antesignani milites conclusioni præmittantur, idè & præmissæ. Aristoteli, quoque vocantur *ἀσθησις* lib. 1. prior. anal. c. 25. eò quod instar linearum intra duos terminos contineantur.

$\beta$ . Major propositio non æstimanda est vel 1. ex situ, ut ea dicatur major, quæ primo loco ponitur, possunt enim confundi hi tali, & transponi præmissæ. e. g.

*Nullus corvus est Ethiops.*

*Omnia corvus est niger. E.*

*Quidam Ethiops non est niger.*

Videtur hic concludere in Felapton, adeoque laborat vitio confusionis præmissarum: namque minor est quæ primò loco ponitur, non major

*Omnia corvus est niger.*

*Nullus corvus est Ethiops. E.*

*Quidam Ethiops non est niger.*

non 2. ex quantitate, tanquam ea maior sit quæ habet universalem quantitatem, minor quæ particularem. Quid enim fiet de DISAMIS? in quo si maior illa sit quæ habet universalem quantitatem, minor quæ particularem, jam interdisamis & datisi nihil intererit. Sed 3. ex termino majore vel minore: in quacunque enim propositione reperies prædica-

dicat  
prop  
tur m

nitur

δ.

feit q

e.

Intell

na &

C

E

Et

quan

a

situ a

terna figura

I.  
Med.

EPITOMES.

dicatum conclusionis, h. e. majorem terminum, illa major est propositio, e. g. in illo proximo, ea quæ secundo loco ponitur major est, quia habet prædicatum conclusionis (Niger.)

γ. Ergo in illo proximo, ea quæ primo loco vesuti ponitur revera est dejiçienda è fundo quem invasit.

δ. aliàs complexio, consequens. græce Συμπλοκή. differt quæstio & conclusio per A N & E R G O.

ε. Supra terminos absolute consideravimus, hic relativè. Intelliguntur autem termini non omnes, sed qui sunt nomina & verba logica. dicuntur aliàs extrema propositionis.

*Quæ est forma syllogistica externa?*

Certa figurarum & modorum dispositio.

*Quid est figura?*


Est dispositio medii cum extremis.

*Quid est modus?*


Est dispositio trium propositionum secundum quantitatem & qualitatem.

*Quot sunt figura syllogistica?*

α. Tres, quarum singulæ è solo medii termini situ agnoscuntur. |



vel



H 5

α. Ad

ad. Adjicimus in schematismo quartam non quod talis aliqua adjicienda, sed ut quadratus compleatur. Nam revera quarta figura quatenus bene concludit, vel est inversa prima, ad ejus aliquem modum indirectum referenda: vel artificialis tantum argute excogitata, non naturâ dute constructa, e. g.

*O. homo est animal.*

*O. animal est vivens.*

alterutro modo concludendum, Ergò

*Quidam homo est vivens.*

vel ergò

*Quoddam vivens est homo,*

Primum si dixeris, Ergò illa quæ primo loco ponitur propositio, non major est sed minor, indice ac teste minori termino: sic igitur conficiendus erit.

Ba. *O animal est vivens.*

ra *O. homo est animal. E.*

lipt. *Quidam homo est vivens.*

En Baralipton primæ figuræ.

Alterum si contenderis, naturæ vim feceris, tum quia id concludes, quod naturale iudicium non expexasset, sed sperasset fore ut hæc concludatur. Ergò, *Omnis homo est vivens*: tum quia efficies ut idem sit prodigiosè minore majus, & majore minus. Vivens enim majus est & latius homine in minore, & tamen idem minus est in conclusione. Majus enim est, quod prædicatur, minus quod subjicitur, lege Zabarell. pecul. de hoc argumento libro pro Averroë contra Galen.

*Quam igitur appellas primam figuram?*

Eam, in qua medius terminus in majori propositione locum subjecti, in minore locum prædicati occupat.

*Quotuplices sunt modi primæ figuræ  
utiles?*

a. *Utiles & consequentes modi primæ figuræ  
sunt*

sunt duplices & directi vel indirecti: Directi s̄ BARBARA, Celarent, Darii, Ferio. Indirecti s̄ BARALIPTON, Celantes, n̄ Dabitur s̄ fapesmo, s̄ frisesomorum.

α. Utiles, Directi Exempla sunt:

in BAR Omnis mortalis est peccator.  
 BA Omnis homo est mortali. E.  
 RA Omnis homo est peccator.

in CE Nullus flos est lapis.  
 LA Omnis rosa est flos. E.  
 RENT Nulla rosa est lapis.

in DA Omnis avarus est impudens.  
 RI Quidam dives est avarus. E.  
 I Quidam dives est impudens.

in FE Nullus impudens est honore dignus.  
 RI Quidam dives est impudens. E.  
 O Quidam dives non est honore dignus.

β. Inutiles & nihil concludentes modi excogitari tot possunt, quot sunt ἀσυνόριστοι. Sed hic traduntur tantum utiles, qui scilicet aliquam habent consequentiam, & in simili formâ ex verò falsum nunquam eliciunt.

γ. Indirecti qui vel 1. in particularem aliquam regulam primæ figuræ peccant. 2. vel artificio humano, invito nonnihil naturæ genio consciuntur, cum per transpositionem præmissarum, tum per conversionem extremorum, bene tamen concludunt. Primus horum auctor creditus fuit ex veteribus Theophrastus, reperias tamen vestigia in h. prior. anal. c. 4. 7. & l. 2. prior. c. 1.

δ. Singularem artificio hi modi excogitari sunt, quos disrumpunt cum audiunt Ramzi. Vocales quid sibi velint, jam dum supra exposuimus. Quid consonantes, infra in reductione docebitur.

ε. Baralipton. Ultima syllaba sono infervit non modo syllo-

sylogistico. Hic modus conclusionem directam convertit per accidens, ut

Ba *Omne animal est mixtum.*  
 ra *Omnis homo est animal. E.*  
 lipt. *Quoddam mixtum est homo.*

ζ. Celantes. Hic modus conclusionem directam convertit simpliciter, ut

Ce *Nullum animal est lapis*  
 lan *Omnis homo est animal. E.*  
 tes *N. lapis est homo.*

η. Dabitis. Dabitis gaudet præmissis Regis Darii, sed conclusionem convertit simpliciter.

Da *Omnia rosa est vivens.*  
 bi *Quaedam planta est rosa. E.*  
 tis *Quoddam vivens est planta.*

θ. Fapesmo. Hic modus directi modi præmissas 1. transponit. 2. eam quæ minori loco ponitur convertit simpliciter. 3. eam quæ majori, per accidens.

Fap *O. homo est substantia.*  
 esm *N. lapis est homo. E.*  
 o *Q. Substantia non est lapis.*

ι. Frisefomorum. 1. morum iterum sono non syllogismo inservit. Hic quoque modus 1. transponit præmissas 2. utramque propositionem convertit simpliciter

Fris *Quidam homo est substantia.*  
 esm *N. lapis est homo. E.*  
 o *Quaedam substantia non est lapis.*

*Quæ est figura secunda?*

In quâ medius terminus, in utraque præmissarum locum prædicati occupat.

*Quot sunt modi secunda figure utiles?*

Quatuor directi, Cesare, Camestres, Festino, Baro-

Baroco, & totidem a Indirecti, Cesares, Camestres,  
Firesmo, Bocardo.

Exempla secundæ figuræ.

Cel Nulla gemma est planta.  
a Omnis flos est planta. E.  
re Nullus flos est gemma.

Cam Omnis adamas est gemma.  
es Nullus flos est gemma. E.  
tres Nullus flos est adamas.

Fes Nullus flos est adamas.  
ti Quadam gemma est adamas. E.  
no Quadam gemma non est flos.

Ba Omnis adamas est gemma.  
roc Quidam lapis non est gemma. E.  
o Quidam lapis non est adamas.

a. Disputat prolixè Conimbrica in i. pridè. cap. 7. q. 2.  
an etiam in secundâ figurâ dentur indirecti? vocanda illa in  
consilium. Facile est conficere modos indirectos, ex illâ ideâ  
quam depinximus in primâ figurâ.

Quæ est figura tertiâ?

In quâ medius terminus in utraque præmissa-  
rum locum subjecti occupat.

Quot sunt modi in tertiâ figurâ?

Sex. Darapti, felapton, disamis, datisi, bocardo,  
ferison, & hi directi. Indirecti totidem iuxta varias  
aut præmissarum transpositiones, & extremorum con-  
versionem.

Exem-

## Exempla tertiæ figuræ.

- Da Omnis virtus est pulchra,  
rap Omnis virtus est habitus. E.  
ti Quidam habitus est pulcher.
- Fe N. ars liberalis est inutilis.  
lap Omnis ars liberalis docetur. E.  
ton Quoddam quod docetur non est inutile.
- Dif Quadam ars est liberalis.  
am Omnis ars est utilis. E.  
is Quoddam utile est liberale.
- Da Omnis ars bona est utilis.  
tif Quadam ars bona tractatur ab opifice. E.  
i Quoddam quod tractatur ab opifice est  
utile.
- Boc Quadam ars non est bona.  
ar Omnis ars est tractabilis. E.  
do Quoddam tractabile non est bonum.
- Fe Nulla ars utilis est contemnenda.  
rif Quadam ars utilis est mechanica. E.  
on Quoddam mechanicum non est contem-  
nendum.

Quæ est *Δοκιμασία* sive probatio  
syllogismorum?

*α* *Δοκιμασία* est quasi lapis lydius quo syllogis-  
mi *β* Imperfecti probari solent. est duplex Red-  
uctio & Expositio. Reductio *γ* vel ostensiva vel  
*δ* per impossibile.

*α. Δοκι-*

*π.* Δοκιμασία. Ut alibi in analyticis, ita hic quoque Aristoteles Mathematicos imitatur. Ut enim illic per subtractionem additio probatur, ita hic secunda & tertia figura lucem foeneratur à primâ.

*β.* Imperfecti non ratione consequentiæ sed evidentiae, quia dictum de omni & nullo clarissime in primâ figurâ conspicitur, subobscurè in figuris reliquis. *Φανερόν ὅτι πάντες οἱ ἄτελέες (ὡλομορφοὶ τελεῖσιν) ἄλγ. Ἐπεὶ ἴτε κήρυξι* l. 1. prior. anal. 7.

*γ.* Ostensiva, sive directa, quò pacto omnes modi reducuntur, excepto Baroco & Bocardo.

*δ.* per impossibile, quò omnes omninò modi reduci possunt, usitatè tamen soli illi duo bocardo & baroco reduci solent. Per impossibile dicitur, quia si quis nollet concedere ex datis præmissis in bocardo,

*Quoddam planta non est viridis.*

*Omnis planta est vivens.*

hanc sequi conclusionem. *E.* Quoddam vivens non est viride: is per hóc genus convinci poterit, ut herbam porrigat, aut absurditate evidenti seipsum implicet.

*Quomodo fit reductio ostensiva?*

Vel translatione propositionum, & conversione extremorum: vel sola conversione, manente conclusione.

*Qua in reductione instituenda observanda?*

Duo, literarum in modis technologicis sensus, & raducendi modus. Sensus hoc disticho traditur

*S vult simpliciter verti: P verò per accid:*

*M vult transponi: C per impossibile duci.*

*Quomodo fit reductio modorum Baroco &*

*Bocardo per impossibile?*

*Quando ex contradictoriâ conclusionis, nempe uni.*

tile.

ifice. E.  
ifice est

n.

E.  
cont.

yllogis-  
ex Re-  
siva vel

α. Δοκι-

pe universali affirmante juncta cum alterâ universali affirmante deducitur universalis affirmans conclusio.

Quæ in hac reductione sunt notanda?

Quod *Servet maiorem, varietque secunda minorem,  
Tertia maiorem variet, servetque minorem.*

*Quid est expositio?*

Est *Expositio* tertiæ figuræ propria, quâ particularis conclusio per medium terminum singularem demonstratur, sit e. g. hoc argumentum.

Dis *Quidam Maurus habet albos dentes.*

am *O. Maurus est Æthiops. E.*

is *Quidam Æthiops habet albos dentes.*

Hæc conclusio particularis probatur *Expositio*; hunc in modum:

*Hic homo (Iohannes) habet albos dentes.*

*Hic homo (Iohannes) est Æthiops. E.*

*Quidam Æthiops habet albos dentes.*

*Recense ex Aristotele syllogismorum potestates &  
Imbecillitates?*

Potestates sunt sex; Vis plura concludendi ex uno, verum ex falso, circularis, conversiva: vis ducendi ad impossibile, vis ratiocinandi ex oppositis. Imbecillitates sunt totidem, petitio quæsitæ, conclusio ex falsâ hypothesi, ex falsâ ratione, cata syllogismus, elenchus, deceptio

*Quid est Euporia analytica sive logica?*

Euporia *æ* analytica est modus inveniendi termini mediæ generalis, consistens in duobus præceptis potissimum, quorum unum est in syllogismo affirmativo, medium utriusque extremorum consentaneum esse debere: in syllogismo negativo, alterum extremorum dissentaneum.

æ. Ana-

*α.* Analytica. datur enim etiam inventio aliqua topica  
 è locis, de qua supra.

*β.* generalis; sive formalis docet enim analyticus in  
 genere inter multos medios terminos eligere unum, qui  
 pro genio quaestionis vel consentaneus sit, vel dissentaneus.  
 Scientia particularis in reali medii termini inventionem lo-  
 gicæ non supplicat; non pulsant estriam; domi habent  
 quò victitent. Frustra sis, cum disputandum est, ad asino-  
 rum pontem mendicabuli instat si te abicias, à quo nihil  
 impetres.

*γ.* duobus. Nam si ad asinorum pontem usque hanc  
 doctrinam extendas, ut crucem figas tyronibus, laureolam in  
 mustaceo quæras *ἐν τῇ φωνῇ μὲν λέγει*

*Iam ordine Canones syllogisticos exponere, & pri-  
 mum quidem generales.*

*1. α.* Nullus syllogismus constet pauciori-  
 bus aut pluribus terminis quam tribus. *2. β* me-  
 dius terminus ad minimum in altera præmissa-  
 rum distributive supponatur, distributione com-  
 pletâ. *3. γ* à non distributo ad distributum non  
 valet consequentia. *δ* *4.* partibus ex puris se-  
 quitur nihil atque *ε* negatis, *ζ* *5.* medius ter-  
 minus nunquam regionem conclusionis ingre-  
 diatur. *η* *6.* plus minusve aut aliud in conclu-  
 sionem inferre quam erat in præmissis, nefas  
 esto. *7. θ* conclusio sequitur partem debilio-  
 rem.

*α.* Advertendum hic quatuor pluresve terminos vel *ὄν-  
 τας* & revera poni, vel *φαινόμενα*, videri totidem. apparen-  
 ter solum peccant syllogismi in quibus vel termini nume-  
 rantur, juxta numerum vocum grammaticarum, vel acci-  
 dentia grammatica & voces synonymæ permutantur: vel  
 propositio probans sustinet locum majoris per cryptin  
 quandam. Nam in hac & similibus, Dextra Dei est ubique.  
 Christus homo sedet ad dexteram Dei. E. Christus homo  
 est

est ubique, argumentationes sunt enthymematicæ, ea quæ majoris propositionis vicem tenet est nervus, & quasi maxima è quâ fluit talis consequentia. vide Ide. disp. l. 2. cap. 3. art. 6. §. 58. ubi eandem sententiam confirmavimus Aristotelis 1. exemplo è l. 2. phys. 8. t. 79. 2. auctoritate 2. l. 1. prior. anal. 23. & l. 8. Topic. c. 1. firmavimus. Dices, posse sub eadem concludendi formâ, vitiosè concludi.

<i>Europa est extra Asiam</i>	<i>Cathedra est lignea</i>
<i>Christus homo est in Europa. E.</i>	vel <i>Doctor sedet in cathedra. E.</i>
<i>Christus homo est extra Asiam.</i>	<i>Doctor est ligneus.</i>

Respondeo in his talibus sequi falsam conclusionem è falsa majori subintellectâ. neque enim ejusdem veritatis sunt hæc tres majores. 1. *Quicumque sedet ad dextram Dei est ubique.* 2. *Omne ens quod est in Europa est extra Asiam.* 3. *Omnis sedens in cathedra est ligneus.* Etenim primum tam verum est, quam verum est, qui sedet Argentinæ eum sedere in Afsiâ: reliquæ duæ falsæ sunt: Nam secunda patitur instantiam de Ente (Deo) quod est in *πῶ* repletivo. Tertia per se à vero aliena est. Sic etiam duo tantum termini videntur, quando per *πῶ* quendam idem de eodem prædicatur cum quadam *ἐπιφύσει*: Sunt tamen revera tres e. g. *Quod scriptum est, scriptum est.* Inscriptio Pilati scripta est. E. scripta est.

Verè autem in hunc canonem impingunt syllogismi, in quibus 1. *expresse* 4. *termini* ponuntur.

*Q. credit in Deum, salvatur.*  
*Diabolus credit Deum. E.*  
*Diabolus salvatur.*

II. terminus aliquis mutatur seu adjectione seu mutilatione, ut

<i>O. Professor est homo.</i>	<i>N. aqua bibit Vinum.</i>
<i>O. Studiosus potest fieri Professor. E.</i>	<i>O. homo bibit aquam.</i>
<i>O. Studiosus potest fieri homo.</i>	<i>N. homo bibit Vinum.</i>

©. *secum*

O. secundum immediate sequitur primum.

O. tertium immediate sequitur secundum.

O. tertium immediate sequitur primum.

III. suppositio terminorum variatur, ut

1. *Alicubi est adverbium*      2. *Homo est duarum syllabarum.*

*Titus est alicubi.*      E.      *Constantinopolitanus est homo.*      E.

*Titus est adverbium.*      *Constantinopolitanus est duarum syllabarum.*

3. *Ex cuius ore prodit leo, ex eo prodit immanis bestia.*

*Ex ore nominantis leonem prodit leo.*      E.

*Ex illius ore prodit immanis bestia.*

4. *Omnes Germani sunt tota natio.*

*Omnes Argentineses sunt Germani.*      E.

*Omnes Argentineses sunt tota natio.*

5. *O. Scriptura S. est sufficiens ad salutem.*

*Quævis vox in biblia contenta, est scriptura S.*      E.

*Quævis vox in biblia contenta est sufficiens ad salutem.*

In tribus prioribus exemplis voces, *alicubi, homo, leo, in* altera præmissarum supponuntur materialiter, in altera formaliter. In quarto & quinto voces *omnes Germani, & omnis Scriptura S.* in altera præmissarum supponuntur simpliciter (ad quod suppositionis genus nihil subsumi potest) in altera confuse.

IV. In quibus occurrit *quævis vox* Omnis enim

*quævis vox* quæ actor parit in syllogismo terminos.

A. Distributione complexa; h. e. ut i. ad singula generum etiam descendere queas: ideo laborat iste

*Omne animal fuit in arca Noe.*

*Bucephalus est animal.*      E.

*Bucephalus fuit in arca Noe.*

siquidem *omne animal* in majori non distribui potest in singula generum. ut 2. medium terminum hunc in modum concipere possit, *Omne id quod est tale &c.* observatio hæc est utilissima Scoti, in 1. prior. q. 7. conclus. 4. l. q. 2. illustrata à Cl. Dn. Horn. exerc. log. 1. th. 13.

ῥηδίσσι igitur hi sequentes

1. *Animal est genus hominis,* 2. *λόγος est in homine.*  
*Homo est animal. E.* *Homo est λόγος. E.*  
*Homo est genus hominis.* *Homo est in homine.*  
 3. *Hoc est Vinum.* 4. *Essentia divina est*  
*Pater.*

*Hoc est Vas. E.*

*Essentia divina est Fi-*  
*lius. E.*

*Vas est Vinum.*

*Filius est Pater.*

Nam in 1. animal neutrobique distributive supponitur, sed in majore simpliciter, in minore confuse. in 2. non licet affirmare, Omne quod est λόγος, est in homine; nec omne id, quod Hoc est, vinum. Nec denique omne id, quod est essentia divina, est Pater.

γ. sive quod idem, à particulari ad Universale non V. C. Vitio igitur infamis est ille

*Omne rationale vivit.*

*Solus homo est rationalis. E.*

*Solus homo vivit.*

Tò vivit in majore supponitur confuse, adeoque non distributive: in conclusione distributive. Particula enim solus distribuit & subjectum & predicatum.

Quæritur an hoc enthymema eodem modo peccet, Abraham fide justificatus est. E. omnis homo fide justificatur. Neg. vid. Ide. disp. f. 2. c. 3. art. 6. §. 62.

δ. Ratio, quia medius terminus in neutrà præmissarum distribuitur, quid si autem distribucretur: ait Fonseca syllogismum bonum fore, cujusmodi hic est,

*Quidam homo est horculanus:*

Quidam homo Adam (ante Evam creatam) est omnis homo. E.

ε. *negatis.* Hic suboritur celebris illa controversia, non tam hic expedienda, id enim alibi factum, quàm indicanda, de his & similibus syllogismis

*Q. non audiunt verbum Dei, non sunt ex Deo.*

*Iudæi non audiunt verbum Dei, E.*

*Iudæi non sunt ex Deo.*

An seil  
 Concl  
 ni, qui  
 clusio  
 2. con  
 compre  
 Iudæi  
 yero.  
 ciunt, f  
 more a

Nam  
 antec  
 in om  
 ipsa ex  
 revera  
 gatur;  
 mante  
 men n  
 stoteli  
 § de lib  
 est de  
 ajens.  
 postqu  
 argum  
 quæ m  
 thef. 3  
 mus h

Dices  
 di post  
 ad sign  
 quæ est  
 propos  
 positio  
 4. nih  
 gismu

An scilicet sint ex puris negantibus, & an formaliter boni? Concluf. 1. hi & similes alii syllogismi sunt formaliter boni, quia 1. habent legitimam consequentiam: quippe conclusionis contradictorium cum antecedente stare nequit. 2. concludunt ex dicto de omni. subjectum enim minoris comprehenditur subiecto majoris, tanquam pars sub toto: Iudæi enim sunt in numero eorum qui non audiunt. 3. ex yero, simili retentâ argumentandi formâ, nunquam eliciunt, falsum. Contra hic sequens ex puris negantibus primore aspectu infamis est,

*N. leo est planta.*

*N. flos est leo. E.*

*Nullus flos est planta.*

Nam 1. contradictorium consequentis potest stare cum antecedente. 2. non habet dictum de omni & nullo, quia in omnibus præmissis extremorum pugna apparet. 3. re ipsâ ex verò falsum colligit. Concluf. II. Minor in illis nostris revera est negativa, confirmatur 1. ratione, quia copula negatur; demus mutandum esse in infinitam, ut ajunt, affirmantem, Iudæi sunt non audientes verbum Dei, manet tamen negans, antequam muretur 2. auctoritate. 1. Aristotelis, de cujus sententiâ *Ἀποφείγει τὸ μὴ εἶναι τὸ θεῶν, ὅτι εἰναι μὴ τὸ θεῶν* lib. 1. prior. anal. cap. ult. Ergò quæ propositio dicit *τὸ μὴ εἶναι* h. e. quæ copulam negat, ut infinita non est; ita nec ajens. 2. Magni Philosophi & Theologi Dn. D Horneii qui postquam exerc. 7. thes. 24. & seqq. tres recensuisset hoc de argumento sententias, tandem thes. 30. ultimam sententiam, quæ minorem negare contendit, omnibus aliis præfert & thes. 31. ad argumenta aliorum accuratè responderet. Malumus hunc sequi quàm alios, quos solus.

*defendit numerus, junctæque umbone phalanges.*

Dices 1. verbum etiam intra propositionem infinitum reddi posse, ita quidem, ut præcisione mentis verbum rejiciatur ad significationem, non copulationem 2. eam negationem, quæ est pars prædicati, materialem tantum esse, nec ex eâ propositionem constitui formaliter negantem. 3. eam propositionem negare non posse, cujus contradictoria negat 4. nihil esse incommodi, si eadem propositio extra syllogismum neget, in syllogismo affirmet. 5. si minor non sit

affirmans, ad nullum modum primæ figuræ hujusmodi syllogismos referri posse. 6. stante nostrâ sententiâ peccari sæpe contra regulam, quod conclusio sequatur partem debiliorem: nam in illo vulgari: Quicquid non scintillat &c. conclusio affirmans sequitur negantem minorem. 7. non videri, rationem haberi dicti de omni & nullo, siquidem quod in propositione alteri includitur, id includi affirmando, non negando. Resp. ad 1. fieri nec posse nec debere, nec voluisse homines, quia 1. discrimen perpetuum inter negantes & infinitas nullum amplius relinquetur, cum variatâ intentione varietur etiam propositionis forma. 2. contradicendi potestas eripitur. 3. æquivocationibus sophisticis fenestra aperietur. ut exemplo Francisc. Assisi declaravimus in apol. pro tract. de syll. inf. contr. 2. §. 2. ad II. respondet Cl. D. Horneius negationem non fieri partem prædicati in minore, nec necesse esse, ut integer terminus qui erat subjectum majoris, fiat prædicatum minoris, sed sufficere, ut pro prædicato infinito affirmando, prædicatum finitum negatum ponatur, quia tùm per negationem copulæ, defectus particulæ infinitantis prædicati suppletur, sicut & in syllogismo infinito secundæ, cum sic inferitur. Q. non est doctus est rudis. Petrus est rudis. Ergo doctus &c. ad 3. hujus, ludæi non sunt credentes, contradictoriam, ludæi non sunt non credentes, non negare sed affirmare, vi regulæ: duplex negatio affirmat. cum negatio negationis, negatio esse non possit vi contradictionis, ad 4. multum omnino esse incommodi, si essentias & formam rerum mutari permittamus. Etenim nullus respectus accidentalis & extrinsecus potest mutare negationem in affirmationem essentialiter à se diversam. Constat autem respectum, quem habet propositio major ad minorem, esse accidentalem: vel respectus syllogisticus est propositioni alicui extrinsecus & accidentalis. ad 5. nihili esse periculi, dummodo hoc syllogismorum genus rectè concludat, licet ad nullum modorum nominatorum referri possit, cum plures sunt istis vulgaris, Barbara celarent &c. & ii quidem innominati, cum vocales deficerent ad tot minutas minutatim persequendas. ad quos enim modos referes syllogismos primæ figuræ singulares? ad 6. eam regulam veram esse tantum in modis constitatis, ac nominatis & quorum aspectu fluxit, ad 7. non conce-

conced  
positur  
Equide  
nonnu  
tur. Q  
pias, n  
est non  
contine  
accense  
certum  
utrinqu  
num est  
?  
riatâ di  
bonus,

9.

Reg  
major  
gativa  
maxim  
jori pa  
te nih  
& con

a. B.  
pla solu

concedi (verba sunt Dn. Hornei, th. 29.) omne quod in propositione aliquâ alteri includitur, id affirmando includi. Equidem in terminis id aliter fieri non potest: at in infinitis nonnunquam etiam negando unus terminus alteri includitur. Quod si chimæram inter non entia contineri dicere cupias, non tantum id sic affirmativè rectè expresseris: chimæra est non ens: sed & negativè, chimæra non est ens: cum non contineri sub entibus idem sit atque non entibus includi & accenseri. hæc ille. Abundent verò alii suo iudicio, nobis certum est hac in re fortunas Græciæ non veri, dummodò utrinque constet, hoc syllogismorum genus formaliter bonum esse.

¶ Nota medium posse ingredi conclusionem, sed variatâ dispositione. e. g. Quicumque est poeta & est in arte bonus, ille est bonus poeta.

*Virgilius est poeta & in arte bonus. E.*

*Virgilius est bonus poeta.*

¶ vid. explicationem in Ide. disp. l. 2. c. 3. art. 6. §. 65.

¶ ibid. §. 66.

*Produc etiam regulas speciales?*

Regulæ speciales primæ figuræ sunt 1. ut nec major constituatur particularis, & nec minor negativa. 2. prima  $\gamma$  figura est generalissima & maximè scientifica. In secunda figura ex majori particulari, & utraque  $\epsilon$  præmissâ affirmative nihil conficitur. In tertia figura  $\zeta$  minor negans, & conclusio universalis sani nihil concludit.

¶ vid. Ide. disput. loc. cit. §. 67. Vbi veterata exempla solvuntur.

*Omnes electi sunt vocati.*

*Pauci sunt. E. pauci vocati electi.*

*Item:*

*Omni contradictionis altera pars est vera.*

*Omni contradictionis altera pars est falsa. E.*

*Quoddam falsum est verum.*

Omnis namque, quæstio in primâ figurâ concludi potest vel directè vel factâ conversione. non desunt enim quæ in primâ figurâ immediatè non concludas. sit conclusio

N. *Cygnus est niger. medius terminus, quia congregat visum.*

N. *Rosa est lupus. medius terminus, quia animal.*

Hujusmodi quæstiones Camestres in apuricum profert. quas Celaret & Celarent.

d. per synecdochen hoc accipiendum de primo modo primæ figuræ, Barbara.

s. Vexata exempla sunt ista quæ in secunda figura imponunt:

1. *Omne id est durum quod est lapis*

*Ferrum est durum. E. ferrum est lapis.*

2. *Omnes non credentes damnantur.*

*Pii non damnantur. E. pii non credunt.*

vel

*Omne non habens principium non habet finem.*

*Anima humana non habet finem. E.*

*Anima humana non habet principium.*

Resp. ad 1. Concludere illud in secundâ figurâ ἐπιμορφωσις ex meris affirmantibus, siquidem τὸ durum in majori prædicatum est, lapis subjectum. Converte majorem, & sustulisti larvam. ad 2. & 3. concludendum esse in Camestras modo inusitato.

Ergo pii non non credunt. vel Ergo pii credunt. nec mirum cum sint syllogismi ex terminis infinitis constantes, qualis hic est major ratione subiecti infinita. Nam, quod supra monuimus omnia instrumenta logica conveniunt propositionibus logicis, non aliis.

ζ. Exempla vexata in hac figurâ hæc & similia occurrunt.

1. *Nullus corvus est Æthiops.*

*Omnis corvus est niger. E.*

*Quidam Æthiops non est niger.*

2. *Palus*

2. *Paulus raptus fuit in cœlum.*

*Paulus raptus fuit in carcerem. E.*

*Carcer est cœlum.*

Resp. ad 1. crypticam præmissarum transpositionem facere fucum. Ea enim est major quæ habet majorem terminum, ea minor, quæ minorem. In suâ igitur facie personatus ille talis est ex minore negante,

*Omnis corvus est niger.*

*N. Corvus est Æthiops. E.*

*Quidam Æthiops non est niger.*

Ad 2. eum impingere in regulam generalem, ne scilicet minus sit in conclusione, quam erat in præmissis. Minus autem est, cum pars tantum una prædicati repetitur, non prædicatum totum. Concludendum enim erat, *Ergo quidam qui raptus fuit in carcerem, raptus fuit in cœlum.* Hâc arreptâ ansâ porro quæritur, rectene ille expositorius pro Deitate Sp. S. concludat

*Ananias mentitus est Deo.*

*Ananias mentitus est Spiritui Sancto. E.*

*Sp. S. est Deus.*

Respondeo esse in eo consequentiam materiale, adeoque potestate formalem: siquidem majoris sensus est exclusivus Deo non homini: at in simili materiâ semper rectè concludit, si enim, *Ut Ananias soli Deo mentitus est.* ita Paulus tantum in cœlum, & non alium in locum raptus fuisset, raptus verò postea fuisset in carcerem, tum sequeretur carcerem esse cœlum. Formalis hic est:

*Is cui mentitus est Ananias est Deus.*

*Is cui mentitus est Ananias, est Sp. S. E.*

*Sp. S. est Deus.*

CAP. XI.

De Syllogismi divisione in species.

*In quas species syllogismus dividitur?*

1. *a* in syllogismum affirmativum & negativum. & 2. in simplicem & compositum.

1 5

*a. affir.*

2. Paul.